do monstrent· Ut in eo quod detractant de uobis
tamquam de malefactoribus confundantur· et cetera·
Ut qui fidem ac spem cęlestium quam uidere ne
queunt in uobis irrident· uideant opera uestra
bona· ut per hęc confundantur quę aperta esse bona
negare non ualent· Quia et Christus semel pro pecca
tis nostris mortuus est· Iustus pro iniustis· Ideo
autem Christum semel mortuum esse commemorat·
ut nos quoque in memoriam reuocet· quia
temporaneis nostris passionibus merces reddatur
aeterna· Ut nos offerret deo· mortificatus quidem
carne· uiuificatus autem spiritu· Offert ergo